



## **Breviarium Chronologicum Veteris Testamenti Rerum Gestarum**

Ab Orbe condito Vsque ad Christum natum Synopses complectens.  
Xenivm Academicæ Sodalitati Dominorum, B.M.V. Annuntiatae Herbipoli  
oblatum

Aetas Regalis : Complectens Synopses Sacræ & Profanæ Historiæ a  
Samuelo & Regum Hebræorum initio, usq[ue] ad finem captivitatis  
Babylonicæ, & initium Persicæ Monarchiæ

**Gartner, Michael**

**Herbipoli, 1696**

Ortus & Occasus Reguorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65112](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65112)

liarium, an. m. 3516. Regni Baltha-  
 ris 22, desolationis Hierosolymitanæ  
 70, & ultimo, Regni Babylonici 183.  
 eodemque ultimo, regni *Cyri & Darij*  
 23 ante Christum 537.

*Regnum & Reges Tyrij.*

**A**ntiquissima quidem Tyrus est,  
 quam annis 240. ante fundatum  
 Salomonis templum conditam fuisse  
 affirmat Josephus, imò longè adhuc  
 antiquior, si de primo ejus conditu  
 computas quærat; Regum tamen  
 Tyri memoriam præsertim priorum  
 obliteravit vetustas, nec ullius anti-  
 quior est, quam *Abibali & Irami* fi-  
 lii ejus, qui *Davidis & Salomonis* æta-  
 te vixit, & cum ambobus fœdere ami-  
 citiæque conjunctus erat, huic etiam  
 ad templum ædificandum materiam  
 & artifices suppeditavit. Octavus ab  
 Iramo regnasse proditus *Ishobalm* sive  
 ETHOBALES *Astarta* Sacerdos,  
 cujus filiam *lezabelem* in matrimoni-  
 um accepit *Achab* Rex Israëlitarum.

E Unde



Undecimus ab eodem Iramo celes-  
tur PYGMALION frater Elifæ  
*Didonis*, à qua Carthago condita, quæ  
vixit circa tempora Ios Regis Iudæ.  
Post *Pygmalionem* Regnum hoc sub-  
tum fuit Babyloniis Regibus & er-  
sum prima vice à *Nabuchodonosore*, qui  
obstinata obsidione in 13. annum pro-  
tracta munitissimam hanc urbem tan-  
dem expugnavit & magna ex parte  
vastavit an. m. 3447. contentum  
usque victoriâ, quod sub jugum  
urbe potentissimâ, Tyrios & Sidonios  
Reges spatio 70. annorum clientibus  
vectigales haberet. ( usque dum  
Chaldæi à *Cyro* affl. & attriti  
denique funditus eversâ *Tyro*, Re-  
gnum quoq; extinctum est ab *Alexandro*  
an. m. 3722. ante Christum 331.

### Regnum & Reges Lydiæ

LYDIA à *Lydo* Rege dicta, cui  
meminit *Herodotus*: licet alii  
dios à *Lud* filio *Sem* dictos esse ve-  
rtum suum habuisse scribit *Gordanus*



biennio ante primam Olympiadem, hoc est an. m. 3276. In hujus regni Regibus numerantur præter alios priores ex magna parte ignotos *Argon* *Heraclidarum* primus Rex in *Lydia*\* qui regnavit circa annum mundi 3276. ante Christum 777. anno regni *Oziæ* 51.\* & post multos *Ardisus*\* *Haliartes*\* *Meles*\* *Candaules*\* *Heraclidarum* ultimus in *Lydia*\* *Gyges*\* & *Gygis* pronepos *Crasus* *Lydiæ* Rex ultimus. Sed cum Regni *Lydorum* nec primos reges, nec initia temporis explorata habeamus, plerique inchoant Regum seriem cum *Eusebio* in *Ardiso*, & producunt usque ad *Crasum*, qui à *Cyro* captus obiit an. m. 3510. ante Christum 543, duravit ergò 186.

De *Gygo* Rege *Lydiæ* mentionem facit *Cicero*, anulum habuisse, à ejus diverso usu pendebat, ut si vellet, videret ipse omnes & videretur ab omnibus, sique aliter vellet, & gerendo anulum variaret, ipse videns omnes, notaretur à nemine. Unde proverbio locus est: *GYGIS ANNULUS* & quadrat vel in homines inconstantes, vel etiam





etiam in fortunatos, qui veluti divina  
gula, quidquid optant, assequuntur.

De *Craſo* refertur, quod à *Cyro* captus  
vinculisq; compedibus & superstru-  
entibus cum 14, Lydorum filiis impoſitus  
ut vivus cremaretur, *Solonem* ter inger-  
endo inſclamaverit, à quo didicerat  
miniam ante obitum dici poſſe beatum, &  
re cognita *Cyrus* ipſe fortunæ inconſta-  
tiam reveritus eum flammis eripſerit, cum  
que honorificè deinceps apud ſe retinuerit  
quanquam non diu poſthac *Cyri* benevolen-  
tiâ frui potuerit; brevi enim maxime  
contabuiffe dicitur ob ingentem eum  
tem, in quam ex apice honoris decen-  
ſit, præſertim etiam quod videre e-  
rit, filium ſuum à *Cyro* in patris compo-  
interfeſtum, quam necem cum intulerat  
mater, ipſa quoque ex muro præcipi-  
ſe dederit.

### Regni Spartanorum

*Lacedæmoniorum Dynaſtia ſer-  
vanda in Peloponeſo.*

**I**nchoatur hæc Dynaſtia à  
*Heraclidarum* poſteriorum *He-*  
*lis* in Peloponeſum, qui contigit  
m. 2961. *Saulis I.* ante *Chriſtum*  
Series eorum qui in Peloponeſo



nârunt ex *Euristhenidis* I. *EURISTHENES* frater *Proelis*, à quo linea *Proclidarum*, hi quia fratres gemelli erant, ambo fororibus itidem gemellis *Lathria* & *Anaxandra* filiabus *Thersandri* nups-  
runt.

Narrat *Ælianus* lib. 12. de animalibus cap. 31. *Euristhenem* & *Proclum* cum nubere constituisent, Apollinem consuluisse, an cum Græcorum Barbarorumvè affinitate, nuptiis prudenter illigari viderentur, à quo responsum retulerunt, reverterentur tantum, unde venissent, in *Lecedæmoniam*, ubi-  
cunq; porro terrarum animal summe fe-  
rox & rapax animal, mitissimum gestans oc-  
curreret, inde feliciter ac prosperè ducen-  
das esse uxores. Huic oraculo obtempe-  
rantes cum in *Cleonæorū* regionem venis-  
sent, occurrit illis *Lupus* agnum portans,  
ex quo oraculum Apollinis intellexerunt  
atq; *Thersandri* probi viri filias duxerunt.

II. AGIS regnare incepit anno de-  
cimo octavo regni David. \* III. EC-  
HESTRATUS \* IV. LEOBOTES  
\* V. DORISSUS \* VI. AGESI-  
LAUS, post quos *LYCURGUS*  
Legislator Spartanorum, floruit.  
E 3 Fu-



Fuit autem *Lycurgus*, *Eumoni* filius, et  
*Proclidarum*, sive *Euripontidarum* stirps,  
 qui cum regnum obtinere posset, maluit  
 pro tutore procurare Rempublicam. Frater  
*Polidochus* mortuo, qui post *Eunonum* *La-*  
*cedæmone* regnabat, Regnum *Lycorgi*  
 omnium votis offerebatur, quod ille ge-  
 tantisper, dum fratris sui uxorem gravidam  
 ignoravit, deinceps enim Regnum ad con-  
 ceptum factum, siquidem masculus esse  
 pertinere affirmavit, se autem totoris loco  
 Regnum administraturum. Virtutem no-  
 tam suam & integritatē patefecit, cum pro-  
 videret, quæ Regina malebat, non  
 quàm Regis mater, ei significasset, libe-  
 tum abolituram, si is eam vellet con-  
 ducere; Id consilij probare se finxit, et  
 ait tamen ne factum medicamentis ab-  
 ret, ne sibi illa noceret; sibi curæ fore,  
 in lucem editus è medio tolleretur. Co-  
 ravit autem, ut parienti adessent fideles  
 cedes, qui natum infantem illicò ad se de-  
 rent. Ergo cœnante illo cum Principibus  
 cum allatus esset infantulus, eum *Lycorgi*  
 acceptum in regio solio collocavit, et  
 adstantibus natum illis esse Regem, et  
*Charilaum* vocavit; cumq; regnum de-  
 bus 8. administrasset, ut affectati Princi-  
 ptis invidiam apud suos purgaret, per-  
 profectus, variorum populorum usum



nam legum, ac civilis disciplinæ formam  
 reportavit in Patriam. Inprimis agrum  
 Spartanum ex æquo partitus est inter om-  
 nes; auri atque argenti usum litium ac sce-  
 lerum causam funditus sustulit: nummis è  
 ferro gravibus inductis; ac ne cuiquam pa-  
 randarum opum luxus occasionem daret,  
 publice omnes epulari iussit, duroque victu  
 consuecere. His legibus rempublicam sta-  
 bilire nitebatur. Ortâ inter cives gravi se-  
 ditione, dum fugâ eam declinare studet, *Al-  
 cander* converso capite fortè respectanti o-  
 culum suffodit, quo spectaculo flexis repen-  
 tè ad misericordiam animis, auctor facino-  
 ris illi ad supplicium deditus, quem *Lycur-  
 gus* in domum acceptum ita lenitate & ob-  
 sequio sibi devinxit, nemo ut deinceps a-  
 micior fuerit. Ad hunc modum publicè  
 receptis legibus, ut ijs æviternitatem ad-  
 deret, Delphos se ad oraculum proficisci  
 velle denunciat, ac Sacramento cives om-  
 nes adigit, nihil eos de legibus mutaturos,  
 antequam revertisset, sic in Cretam abiens  
 usque ad obitum ibidem permansit. Vitam  
 sponte inedia finisse *Tertullianus* refert, æ-  
 grè ferentem, leges à se latas Lacedæmo-  
 nios mutasse, quia & ossa sua moriens in  
 mare projici iussit, ne ijs Spartam relatis  
 solutos se religione Sacramenti Lacedæ-  
 m onij crederent.



VIII. TELECHUS \* IX. ALCA-  
MENES \* X. POLYDORUS.

Huic propter justitiam cum summa  
humanitate conjunctam tantum ho-  
noris à Lacedæmoniis tributum est  
ut quæ publicè obfignari necesse effe-  
ret ea *Polydori* imagine à Magistratu sig-  
narentur.

XI. EURICTATESI, \* XII.  
ANAXANDER, hic Messenios ex Pe-  
loponeso expulit \* XIII. EURIC-  
RATES II. \* XIV. LEON \* XV.  
ANAXANDRITES fœdus hie-  
ruit cum *Creso* Rege Lydorum, p-  
mus etiam ac solus hic ex Spartana  
Regibus fuit, qui simul duas habuit  
uxores, cum alteram planè invitatus  
cere coactus fuisset ab Ephoris, &  
quòd prior sterilis haberetur. \*

XVI. CLEOMENES bellis & re-  
toris insignis sed infelix, quòd à  
tandem regno deturbatus seipsum per  
insaniam multis vulneribus dilacer-  
avit & interfecerit.

Huic magnis copijs Argos oppugnata



se opposuit Telephilla Poëtria scemina generosissima, & deducto sceminarum exercitu, quos illa ut viros armaverat, fortiter ac viriliter cum copijs suis repulit, unde Argivi in memoriam hujus facinoris mensis cuiusque Numenia celebrare consueverunt, ut mulieres virilibus vestimentis & chlamydis, viri autem peplis muliebribus amicerentur.

XVII. LEONIDAS contra Xerxem & Thermopylas fortissimè pugnavit, à quo tamen per prodicionem, & hostium multitudine victus, occubuit, & cadaver ejus cruci affixum fuit.\*

Stobzus auctor est Xerxem pectus ejus dissecuisset & cor pilis oblitum invenisse

- XVIII. PISTARCHUS obiit diem suum in ipsis Regni initijs \* XIX.
- PLISTOANAX \* XX. PAUSANIAS \* XXI. AGESIPOLIS \* XXII.
- CLEOMBROTUS victus ab EPAMINONDA \* XXIII. AGESIPOLIS II. \* XXIV. CLEOMENES II. \* XXV. AREUS I. multis bellis variante fortunâ gestis, occidit tandem in pugna quadam ad Corinthum. In libris



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



bris Machabæorum scribitur cum *Onia* Pontifice societatem junxisse, Epistola autem, quam misit ad *Oniam* priore Machabæor. cap. 12, legitur. Regnavit ergò *Areus* an. m. 3821. ante Christum 232, quo scripta est hæc epistola.

XXVI. ACROTATUS \* XXVII. AREUS II. posthumus *Leonida* tutoris anno ætatis 8. morbo absumptus \* XXVIII. LEONIDAS II. ab *Agida* regno expulsus, sed *Agidæ* studio revocatus, *Agidem* ex *India* captum strangulat. XXIX. CLEOMBATUS II. \* XXX. CLEOMENES III. Hic tyrannidem affectus & agnatis è vivis sublatis, à *Senatûs* auctoritate eversa: patrem instituit, inde *Achæos* bello victus, sed ab *Antigono* victus ad *Thomæum Evergetem* exul profugit, à *Spe* filio *Philopatre* inani restitutus. *Spe* delusus, ne evadere posset, in custodia conclusus est: *Cleomenes* autem è custodia, quâ tenebatur, erupit.



pulumque ad libertatem convocavit, sed irrito successu seditionis comprehensus seipse interemit, cujus exemplum amici ac famuli & filius natu major secuti sunt, reliquos cum mulieribus PTOLOMÆUS sustulit ante 3835. ante Christum 218.

XXXI AGESIPOLIS III. sub hoc exspiravit Spartanum regnum, Spartâ Achæorum reipublicæ insertâ circa an. m. 3839. ante Christum 214. anno imperij Græcorum 97. quam rectius exspirasse dicatur cæso & fugato Cleomene & in Ægypto interfecto.

*Lacedæmone Regnantes ex familia Proclidarum.*

EX Heraclidis duo semper Reges Spartæ regnarunt, facti ejus rei initio in Eurysibeno & Proclo fratre; hi enim, uti aliàs nunquam in vita, sic neque de Regno concordare potuerunt, cum uterque utpote simul nati & gemelli æquali jure regnandi gaudere sibi videretur. Unde etiam consultum hac de re oraculum, regnare jussit  
E 6 ut;



utrumque, quam deinde consuetudine  
servavit posteritas. Qui à Proclo desce-  
derunt Posterii Proclida primò, postmodum  
autem à nepote ejus Eurythione dicti sunt  
Eurythionida vel Euryphensida; nam eundem  
nepotem Proclis Pausanias appellat Eury-  
phontem.

Regnârunt ergò ex Proclidis lineâ  
hoc ordine I. PROCLES \* II. SOIUS  
III. EURYTHION \* IV. PRYTA-  
NIS \* V. EUINOMUS, hic in turbu-  
lentissima Reipub. tempora incidit  
cente Regum auctoritate, & num-  
sibilicentiam sumente populo; & cum  
quandam contentionem dirimeret  
nij cultro ictus moritur \* VI. POLI-  
CLES tenuit regnum post patrem  
nec multò post diem suum obiit  
& à uxore gravida \* VII. LYC-  
GUS, qui leges deinde dedit  
dæmonijs \* VIII. CHARILAUS  
humus habuit tutorem patrum \*  
NICANDER \* X. THEOPOMPO  
De hoc THEOPOMPO scribit  
tarchus & Aristoteles eum instituisse  
ut Spartæ Ephori crearentur; ob quæ



rem ille oburgatus ab uxore, ceu qui  
id ageret ut filijs minorem potestatem  
relinqueret. *Relinquam, inquit, sed tu-*  
*tiorem; ea enim tuta potentia est, qua vi-*  
*ribus suis modum imponit.*

*Ephori* apud Lacedæmonias Magi-  
stratus ejusmodi erant, quales apud Ro-  
manos Tribuni Plebis à *Theopompo* sic ap-  
positi Regibus sunt, ut apud Romanos con-  
sulibus tribuni, sicut enim à Consulibus ad  
Tribunos provocare quisque poterat sic  
Lacedæmonij à Regibus ad *Ephoros*. Et  
constat ab *Ephoris* alios Reges ejectos, &  
alios interemptos fuisse; erant enim primo  
pro ministris Regum, paulatim verò om-  
nem in se potentiam transferentes ad tan-  
tam licentiam pervenerunt, ut sensim  
Magistratum proprium constituerint  
nomine *Ephoriam*: sic dicti ἀπὸ τῆς ἐφορᾶς  
quod est intueri, quòd ad civitatis salutem  
oculos intentos haberent. Instituti ergò  
*Ephori* sub *Theopompo* regnante cum collega  
*Polidoro*.

Post primum bellum Messenium te-  
nuit regnum XI. ZEUXIDAMUS\*  
XII. ANAXIDAMUS,\* habuit hic in  
regno collegam ANAXANDRUM  
& sub hoc Messenij è Peleponeso pulsi  
sunt,



sunt. \* XIII. ARCHIDAMIS in  
 ce regnavit \* XIV. AGASICLES  
 XV. ARISTON \* XVI. DEMO-  
 RATUS usus est CLEOMENE co-  
 legâ regni, in iis, quæ ad Regni em-  
 lumentum vergebant, minimè autem  
 in ijs quæ obesse videbantur, unde  
 varix discordiæ, etiam ad *Darium His-*  
*spem* exilium ei superanda fuerunt. \*  
 XVII. LEOTYCHIDES contra *Ab-*  
*vadas* in Thessaliam profectus, cum  
 eam facile occupare potuisset, cum  
 prælijs omnibus victor existeret, pe-  
 cuniâ se corrumpi passus est, unde  
 jestatis postulatus Tegeam in  
 causâ profugit domo Spartæ ex-  
 damentis dejectâ. \* XVIII. ARCH-  
 DAMIS II. Athenienses vehemen-  
 ter afflixit, & Messeniorum reliqua  
 fortiter expulit \* XIX. AGIS I. e-  
 tempore constitutum est ut deo-  
 consiliarij regibus adjungeretur. Mo-  
 ta egit fortiter & feliciter \* XX. A-  
 GESLAUS cognomento Magni  
 quia excelluit animi magnitudine

conflic  
 sed qu  
 peret, u  
 ad pug  
 prince  
 Græc  
 destit  
 permit  
 pingere  
 morien  
 nm vel  
 non cor  
 laboraff  
 de hoc  
 brus:  
 lum, tu  
 (fuit a  
 prioris  
 Vira  
 de no  
 inver  
 GIS  
 Magn  
 tipatr  
 & acc



confilio, beneficentia & humanitate:  
 sed quod bella semper creparet & cu-  
 peret, non omnibus gratus fuit. Usque  
 ad pugnam Leuctricam per annos 30.  
 princeps fuit propemodum totius  
 Græciæ potentissimus simul & mo-  
 destissimus, ut *Cicero* ait: noluit autem  
 permittere ut statueretur sibi, vel de-  
 pingeretur corporis sui imago, ita ut  
 moriens quoque edixerit, *ne corpus su-  
 um vel pingerent, vel effingerent, se enim  
 non corporis sed animi sui monumenta e-  
 laborasse.* XXI. ARCHIDAMUS III.  
 de hoc in apophthegmatis refert Sto-  
 bæus: cum vidisset catapultæ jacu-  
 lum, tum primùm ex Sicilia advectum  
 (fuit autem hoc inventum Dionysij  
 prioris, teste Athenæo) exclamasse eum  
 VIRI PERIIT VIRTUS? quod ipsum  
 de nostrorum quoque tormentorum  
 invento videtur dici posse, XXII. A-  
 GIS II. pugnavit contra *Alexandrum*  
 Magnum, cum *Dario*; & contra *An-  
 tipatram* ac Macedonios eâ fortitudine  
 & acerbitate prælii, ut cum ab hoste  
 cin.



cingeretur, multitudine victus, vuln-  
ribus toto corpore exceptis & viribus  
licet deficientibus, ultrò tamen hostes  
provocaret, & nemine congregari  
minus auso, solis missilibus conficetur.  
XXII. EURIDAMIDAS frater A-  
gis. \* XXIV. ARCHIDAMUS metuentis  
à Demetrio Poliorcetes qui Athenis re-  
ceptis, Spartæ quoque inhiabat, pri-  
mus fuit qui contra fatorum responsa  
Spartam fossâ & propugnaculis ma-  
nivit \* XXV. AGIS III. \* exinde viri-  
se intruserunt Tyranni, & dilacerata  
potestas & virtus Lacedæmonia  
floruit.

### *Archontes Athenienses.*

**C**oro Melanti filio gloriosâ mor-  
te pro patria occumbente an. m.  
2985. qui erat annus Davidis 6. post  
quam 17. Reges annis à Cecrope ad Co-  
drum 487. Regia potestate moderata  
essent, variata est forma gubernandi  
& instituti sunt *Archontes* perpetui  
sive Principes, vel ut alii vocant, *Pro-*



tores, qui per totam vitam præessent,  
 Numerantur illorum 13. scilicet *Meo-*  
*cion* \* *Augustus* \* *Archippus* \* *Terchippus*  
*Phorbas* \* *Mezades* \* *Drogoneus* \*  
*Pheredus* \* *Aviphron* \* *The-*  
*spicius* \* *Alameon*. \* Hi gubernan-  
 do expleverunt annos 316. ad annum  
 usque 3300. qui fuit ante Christum  
 753. Inde Protheus popularis iterum  
 novam faciem regiminis induit; ven-  
 tum est enim ad *Archontes decennales*,  
 qui continuis tantum 10. annis præes-  
 sent, iterumque principatui expleto  
 decennio abdicarent, horum 7. nume-  
 rantur ab Eusebio. *Cecrops* \* *As-*  
*tmides* \* *Elidicus* \* *Hippomenes* \* *Leo-*  
*crates* \* *Abandor* \* *Erixias* \* anno de-  
 nique 3370. *Archontes annui*, iique 9.  
 simul, penes quos anni tantum unius  
 regimen esset, quo elapso 9. alii substi-  
 tuerentur. Forum primus *Rex* erat  
*Sacrorum* videlicet ut apud Romanos  
 exactis regibus fieri cœptum est. Al-  
 ter *Polemarchus* sive militiae præfe-  
 ctus. Tertius *Ephorus*, qui nomen  
 anno



anno dabit, primus dictus est Creon  
unde res Creone facta dicebatur & de  
de cæteris. Sex reliqui *Themofiles*  
dicebantur. Paucis post annis, inquit  
*Torniellus*, 6. circiter aut 7. post a  
nuos principes constitutos regnum  
theniensium omninò defecit; & quas  
quam plurima de eo prædicent *Hillo*  
*rici*, plurimùm tamen in forma regni  
minis dedecoratum & variâ tyranni  
de exercitum ipsâ vicissitudine ex  
spiravit.

### Regnum & Reges Me dorum.

**I**Nterfecto *Sardanapalo* & exciso  
Nive tres principes *Affyrj*, Reges  
præfecti, dilaceratum regnum diviserunt,  
*Arbaces*, *Phul*, & *Belesus*, *Phul*  
sive *Phulbelocho* *Affyrj* regni reges  
quias cum rudibus *Ninive*, *Belesus*  
*so* autem *Babyloniâ* fortiente; *Arbaces*  
Mediam regionem in *Asia* rexit  
& regni prima fundamenta jecit  
m. 3236. ante Christum 812. 20. 179



ni Oziz 16. & Jeroboami 31. Primus igitur Medorum Rex ARBACES dignitate, rerum gestarum amplitudine inter *Sardanapali* præfectos clarissimus, quem idè *Sardanapalus* per speciem honoris ex aula sua in Mediam ablegavit cum potestate militiæ, quia turpissimæ vitæ inspectorem habere timuit, quem castigatorem tandem expertus est, conspirantibus cum auctore *Arbaci*, *Phulbelocho* & *Beleso* & luxuriæ ac veneris Metropolim Niniven cum *Sardanapolo* Regum probro evertentibus. Regnavit *Arbaces* annis 18.

II. MAUDANES vel MEDIDIUS regnavit per annos 40. \* III. SOSASMUS vel SARSOMENES; hic invalescente potentiâ *Phulbelochi* familiæ, vestigialis factus est Assyrijs, regnavit annis 30.

IV. CARDICEAS, alio nomine ARBIANES regnavit annis 13. \* præmittitur à quibusdam parens *Cardicea* ARTECARMIS, sed hic videtur per-



116 *Ætas I V. ab an. m. 1940.*  
petuo bello occupatus fuisse, ut in  
suo regnum stabiliret, neque unquam  
solus regnasse putatur, unde etiam  
sebius ejus non meminit\* V. DE  
CES, alijs DIOCES, sub hoc *Salmo*  
*nassar* inter alios captivos etiam *Teb*  
*am* seniore in Assyriam abduxit. Vo  
catur hic idemque DEJOCES etiam  
*Arphaxad* Judith. i. cap. tanta super  
bix fuit, ut neque ridere neque excre  
re coram se quemquam pateretur; an  
n. 3345 sub captivo *Manasse* Rege  
Judæ à *Merodacha* sive *Nabuchodon*  
*soro* Assyrio victus, captus & jaculis  
transfixus est, cum regnasset annis  
54.

*Dejocce* occiso, non tamen prop  
reà Regno Medorum finis allatus est.  
Cum enim cæso *Holoferne* anno se  
quente plagâ maximâ affectus esset  
*Merodachus*, & tumor cordis ejus sup  
pressus, facile fuit Medos resumptis  
nimis sua recepisse, & Regnum suum  
ad posteros, atque ad *Cyri* tempora  
propagasse,



VI. PHRAORTES *Dejocis* successor,  
 dictus etiam ASSHERUS & à Diodoro  
*Abini*; Persas vicit an; m; 3345. bel-  
 licæ gloriæ affectator, & felici expe-  
 ditione contra Persas elatus, Assyrios  
 & Ninivitas adortus, ut patri illatam  
 injuriam ulcisceretur, cum magna par-  
 te exercitus perijt, circa an. m. 3377.\*  
 regnavit annis 54. \* VII. CYAXARES  
 l. diversis nominibus hic celebratur;  
 alias ARTABONUS, vel ASTHBOROS, ab  
 alijs STYBARIS, dicitur *Cyaxares* pri-  
 mus, ad distinctionem à *Dario* Medo,  
 qui etiam *Cyaxares* dictus. Regnavit 7.  
 annis.

Hunc Niniven obsidere properantem,  
 Scythæ adorti, inde depulerunt, ejusque &  
 vicinorum Asiæ Regnorum imperio potiti  
 sunt; idè de armis Spem abijciens, atque  
 adolos conversus, *Cyaxares* principes Scy-  
 tharum amicitiz atque hospitij jungendi  
 pretextu ad convivium invitatos interficit,  
 eisque cæcis reliquam multitudinem, non  
 magno negotio, debellatam, Asià iterum  
 eijcit, & recuperatis iis, quæ amiserat ad  
 Niniven regreditur. eamque vi expugnata  
 solo adæquat, à quo tempore Assyrium Reg-  
 num omnino concidit.

V III.



VIII. ASTYAGES regnare cepit  
m. 3459 nabuchodonosoris 31. a  
Christum 594. pater fuit *Darij* Me-  
quem Xenophon & Josephus *Cy-  
rem* quoque appellant, non natura, sed  
adoptione. Hunc *Astyagem*, quem  
Daniel vocat *Affuerum*, celebrem re-  
didit *Cyrus*, ejus ex filia nepos, a quo  
etiam victus est, Regnoque exutus an-  
m. 3495. *Josedeci* & desolationis 47.  
*Evitmoredachi* 22. cum regnasset an-  
nis 38.

Et hic finis fuit Regni Medorum, qui  
per annos 257. vel ut alij 259. floruit  
quamvis enim memoretur in historijs *Da-  
ryum* Medum filium *Astyagis* ( adoptivum  
scilicet ) successisse patri in Regno Me-  
dorum, re ipsa tamen rerum potestas post  
*Cyrum* jam erat, qui simul Persis imperabat  
& Medis, *Darij* siue *Cyaxari* affinitatis & pa-  
trialis amicitie titulo precario id indulge-  
te, ut in Media moderaretur; fuit enim  
summa *Cyri* conjunctio cum *Darij* armis  
rum & armorum, ut qui conjunctis viribus  
postmodum Babylone occupata imperium  
in Persas transtulerunt

Cyr

D  
re  
edoc  
iste in  
unigen  
crefcer  
vitam  
pagin  
tation  
cendur  
dos Pe  
am nu  
vito int  
dati in  
humili  
prægn  
appon  
rum fu  
tit; H  
serati  
dum  
que  
perere  
regiur  
gerent  
perit p  
bus fu

Cyr



Cyri ortus, Educatio & exaltatio

Divinae providentiae laudandae singulare nobis argumentum suggerit ortus, educatio & exaltatio Cyri, quae ita se habuisse invenitur. *Afyagi* erat filia *Mandani* unigenita, ex cuius utero vitem oriri & crescere vidit *Afyages* pater per somnium, vitemque totam occupare provinciam propagatione diffusionem. Ariolorum interpretatione portendebat vitis filium ex ea nascendum, qui avum Regno spoliaret & Medos Persarum servituti subiceret. Ergo filiam nuptui dedit *Cambysi*, altitudo consilio, viro inter Persas mediocris fortunae & sedati ingenij, ut proles nasciturus stirpis humilitate deprimeret. Filiam exinde pregnantem accersit, parienti custodes apponit, & natum filium *Harpago* arcanorum suorum participi occidendum committit; *Harpago* autem vel metu vel commiseratione captus regio bubulco exponendum dedit, quod audiens pastoris uxor, quae eodem tempore filium mortuum perpererat, rogavit maritum, sibi ut puerum regium alendum afferret, cui ille mōrem gerens rediit in sylvam, ubi exposuerat, reperit puerum, ac prope eum canem uberibus suis pusionem regium lactantem, & à

fer-



feris avibusque protegentem; sulci-  
 ergo eum detulit uxori cane eum  
 quente, quem non absque blanditijs  
 pit uxor, & mortuo suo filio substituo  
 educavit. Post annos 10. cum Cy-  
 chore puerorum ludentium Rex effe-  
 ctus, & contumaces aliquando occidit  
 delata est ad *Astyagem* de puero quere-  
 accessit ideo puer, & interrogatus  
 id fecisset, cur servus caderet ingenus  
 quia, inquit, *Rex eram elatum*. *Blas-*  
*ratus Astyages* constantiam pueri in  
 riam habiti aliquando somnij re-  
 cognit & que hunc ipsum suum esse  
 iratus *Harpagi* filium interficit & patri-  
 landum proponit; *Harpagus* autem  
 dissimulato, vindictam in aliud tempus  
 fert; conservatus tamen est ab *Asty-*  
 pos suis, eo quod avo de cade ip-  
 beranti Magi responderint, jam som-  
 fatis satisfactum esse, quod Regem  
 pueros egisset. Gavisus ergo *Asty-*  
 Persidem ad parentes *Cyrum* ablega-  
 terim *Harpagus* Dux erat & præfektus  
 us militiæ *Astyagis*, & manserat huc  
 pæ altâ mente reposta injuria, quam  
 ciferetur tandem *Cyro* jam ad ultionem  
 eum per litteras occultas ad bellum  
 ferendum excitat, Medorumque de-  
 nem promittit, quos ipse interea



*Astys*, qui eis jam erat acerbior, alienos reddidit. Quibus litteris excitatus *Cyrus* Persas suos, à Medis spe jucundioris vitæ, abjecto Medorum jugo, abducit, & contra *Astys* educit, qui Persis *Harpagum* in occursum mittit, sed hic in pugna prævaricatus, *Cyro* victoriam dedit. *Astys* nihilominus minas intentans *Cyro*, & ariolis, à quibus supra *Cyri* fortunam deceptus fuerat, altis in crucem, omnem armatæ tatem, quam adversus *Cyrum* ipsemet ducit; sed victus in pugna fugatur, & vivus captus, eique capto adstant *Harpagus* insultavit, filii eadem coenamque feralem exprobrans. *Cyrus* Regno quidem avum suum exiit, sed vivum apud se, & perhumaniter retinuit, quoad ille vixit, quæ causa postea *Craso* Lydorum Regi fuit, ut *Astys* sororis suæ maritum regno restituere volens, *Cyro* bellum, sibi fatale inferret; suo autem avunculo *Cyaxari* filio *Astysis*, alias *Dario* Medo appellato, precario, tum ut pietatem in avum maternum nondum exuisse videretur; tum ut Medorum sibi animos paulatim altius devinciret, Mediam gurgaria, quam bernandam commisit. Cætera de *Cyro* in adultione quinta *Ætas* suppeditabit.

F Reg-





## Regnum & Reges Macedonia.

**M**acedoniæ Regnum fundatum est circa annum *Oxia* Rege Judæ 28. qui fuit annus mundi 3222 à *Carano* quodam Argivo *Pbidonia* fratre, quorum genus ab *Hercule* deductum. Ideò Macedonij Reges & Alexandrini à *Lagida Ptolomas* Macedonia oriundi *Herachidas* sese efferebant. Vir ingenio manuque promptissimus fuit, qui contracta ex omni Peloponneso validâ manu in Macedonia venit, ibiq; Regnum auspiciatus est: vis limitibus, sed amplissimis propulsibus, de quo *Plinius* scribit, ipsos pulos aliquando continuisse, præsertim, quando temporibus *Macedoni Alexandri* in Imperium potentissimum effloruit; ad quem usque narrantur Reges, qui sequuntur.

I. **CARNANUS**, quem *Eusebius* scribit regnare cœpisse sub *Oxia*, occupatâ Edisâ urbe domitis ibid.



Regulis in eorum locum successit, & regiam sedem fixit; urbs autem à Capris, cum quibus imbrem fugitantibus simul irrupit *Carnanus*, nomen *Egarum* sive *Egis* accepit. regnavit annis 28. \* II. COENUS regnavit annis 12. \* III. TYRIMAS regnavit annis 38. \* IV. PERDICCAS regnavit annis 15,

Hic moriturus filio suo locum ostendit, ubi ossa Regum reponeret, prædicens Regnum in familia mansurum, quamdiu ibi condite fuerint posterorum reliquiæ: & creditum est postea ex superstitione, deletam in Alexandro familiam, quod locum sepulturae mutasset.

\* V. ARGÆUS regnavit an. 38, primum bellum ab Illyricis illatum foriter repressit \* VI. PHILIPPUS I. Regnavit annis 38. \* VII. Æropus I. Regnavit annis 26. amisit patrem in prima infantia, idcirco Illyrici rati, nunc Macedonas sine Rege adulto facilius suppressendos, magnâ vi bellum renovant, in quo Macedones Regem infantem in cunis, in acie collocant, magnaque cæde profigatos Illyricos





finibus expellunt. Ab aliis scribitur  
 ÆROPS vel ÆUROPOS \* VII  
 ALCETAS regnavit annis 29. \* II  
 AMYNTAS I. primus regnavit  
 nis 50.

Jussus hic à *Megabazo*, quem *Darius* à  
*Staspi* miserat cum copiis, dare Regi suo te-  
 ram & aquam (erat hoc Persis deditio-  
 Symbolum) postulatis his ob hostilem me-  
 tum annuit, & legatos pro regia dignitate  
 splendido convivio excipit, qui cum *divi*  
 multa petulantius facerēt, *Alexander* filius  
 patre ob ætatis reverentiam cedere pulsi,  
 & pro mulieribus (quas barbarorum per-  
 missu abductas, ornatiores se reducere  
 promiserat) adolescentes habitu matrona-  
 li indutos, gladiosque sub veste tegentes  
 convivium reduxit, & ad unum omnes  
 terfecit.

X. ALEXANDER I. cognomen  
 to Dives regnavit an. 43

Plutarchus & Eusebius scribunt in  
 Alexandro fuisse summa virtutum omnia  
 ornamenta, quibus Regnum suum summo  
 modum feliciter gubernavit. Solinus re-  
 morat ad eum opibus affluxisse eum, ut *Apollo-*  
*ni* Delphos, & *Iovi* Elidem, utriusque magnas  
 aureas statuas miserit. Musicos etiam mu-  
 neribus liberalissimè honoravit, quam  
 ni



nificentiam *Pindarus* Lyricus præcipuè expertus est.\*

XI. **PERDICCAS II.** regnavit annis 78. Variis expeditionibus militari- bus promovit Regni fortunas. Familiarem sibi habuit *Hippocratem* Medicum, qui, cum multum in Macedonia & Thessalia versaretur, filvarum incensione pestem illam Atticam inde pepulisse scribitur.\* XII. **ARCHELAUS I.** regnavit annis 24.

Relictus hic à patre *Perdicca* tutor filii è Cleopatra nati, nefariè hunc in puteum præcipitatum necat. *Ædificiis* præcipuè, ac navalis militiæ instrumentis & armis Macedonia instruxit; vias etiam magnis sumptibus sterni curavit; viros litteratos adeò tenerè amavit, ut *Euripedem* Tragicum defunctum non solum contentus fuerit funeris sumptu prosequi, sed & crinem suum tondent, ut publicum mærorem ostenderet.\*

XIII. **ORESTES** fratri *Archelao* successor datus, ab *Erope* tutore occisus est. Aliqui scriptorum hic interferunt *Eropum* II. Sed plerique ejus non meminerunt, etsi ortum à *Te-*

F 3

meni-



*menidis* fateantur. \* XIV. ARCE  
 LAUS II. regnavit annis 14. Inter  
 Æus per errorem à *Cratete* in venen  
 ne. \* XV. AMYNTAS II. regnavit  
 annum. \* XVI. PAUSANIAS annis  
 regnavit. \* XVII. AMYNTAS I.  
 regnavit annis 24. bis Regno dejectus  
 à *Seuthe*, primò quidem reductus  
 Theffalis; post verò in desperationem  
 reductus, in exilium ire constituit,  
 sed ab uno ex familiaribus revocatus  
 opportuno sermone, quo ab *Arce  
 lao* audiatur, quòd *Hellogidas* tu  
 erat ad *Dionysium* priorem; *Hellogi  
 das* *sepulturam imperium esse*, in  
 novus inductus castellum quod  
 munitissimum occupat, & trans  
 spatio accersitis hinc inde auxiliis  
 universam Macedoniam recuperat.  
 XVIII. ALEXANDER II. filius  
*Amynæ*, regnavit annum unum. \*  
 PERDICCAS III. filius *Secundæ*  
*Amynæ* annos 5. regnavit, illius  
 & Atheniensibus bellis infestus,  
 versùs hos in acie occubuit. \* XX.



LIPPUS II. Filius tertius *Amynto*  
affervatus obses à Thebanis, & ad om-  
ne genus virtutum informatus, mul-  
tisq; victoriis contra Macedoniæ  
hostes fortunatus, occisus est in nuptiis  
*Cleopæ* filix à *Pausania* satellite, an-  
no regni 25, illo ipso die, quo inter 12.  
Deorum statuas luam quoq; collo-  
cari, seque divinæ Majestatis confor-  
tem haberi voluit an. m. juxta Salia-  
num 3718. ante Christum 335. relin-  
quens post se *Alexandrum* cognomen-  
to *Magnum*, Imperio Græcorum fu-  
turum Atlantem, & Macedoniæ Reg-  
num cum magno Imperio copulatu-  
rum. Explerunt igitur omnes hi Re-  
ges annos circiter 471. scilicet ab an.  
25. Regni *Oxi* usq; ad initium Impe-  
rii *Alexandri Magni*.

*Panionis*, qui necem Philippo intulit,  
erat ex *Orientalium* genere Nobilis adoles-  
cens, quem *Attalus*, mero gravatum, sedâ  
illusione prohibuerat. Is cum factus so-  
brius illatz sibi injuriæ atrocitatem didi-  
cisset, Regem ejus ultorem frustra expetiit,  
quod ille *Attali* operâ in suscepto bello  
F 4 plu



plurimum indigeret, ejus tamen animam  
 studuit muneribus & honoribus mitigare.  
*Pausanias* autem implacabilem iram ferocem  
 animo, non injuriæ solum auctorem, sed  
 pœnæ quoque irrogandæ negligentem  
 civis decrevit. Itaque equis ad urbis po-  
 tas dispositis, gladio occulto accinctus  
*Phalippum* à stipatoribus suis semotum, & ma-  
 gnificè circumspicientem obruncat, cura  
 que ad paratos equos contendit; sed con-  
 lapsus, dum resurgere conatur, à Pericle  
 multis ictibus confossus est. *In* istius re-  
 creditum fuisse hunc percussorem ab *Olym-*  
*piade* immisum repudii ulciscendi cupidus,  
 nec ipsum *Alexandrum* ignarum pœnæ  
 cædis extitisse, qui fratrem ex noverca in-  
 ceptum, Regni æmulum timeret, itaque  
*saniam* ab utroque ad eam cædem impulsum  
 fuisse. Fuit autem *Olympias* filia *Nepoleonis*  
 Regis *Molossorum*, ex gente *Æacidarum*  
 quæ peperit *Alexandrum Magnum* & *Clæ-*  
*patram*.

### Regnum & Reges Romanorum

**I**dem Romæ, ac Regni Romanorum  
 diti natalis annus est, ab orbe  
 dito 3302. Olympiadis VII. an. *Ab-*  
*Judæ* & *Uria* Israël Reg. 9. *Oly-*  
 Pontif. 6. Templi Hierosol. 280. *In-*  
 Adultio



perij Assyrio: \* 1371. Theglathal:  
24. ab lio exciso 432, ante Christum  
751.

REX ROMANORUM ROMULUS, natus matre Rhea Sylvia, patre ignoto.

De Patre Romuli, Dionysius, quarto, inquit, post anno, ex quo Rhea Sylvia Vestis Sacerdos consecrata fuerat Iliæ, sacrorum causâ puram aquam in Martis luco petens stuprum in fano, nescio quis intulit. Quidam dicunt unum de prociis ejus fuisse; alij vero ipsum Emulium insidiatum potius, ut morti posset addicere corruptam, quam libidini servientem, corpore armis ad summum terrorem septo, cunctisq; notis faciei, quantum fieri poterat, obscuratis.

Hæc Dionysius, hinc origo fabulæ à Marte conceptos esse Romulum ac Remum! Natus igitur & expositus à Faustulo pastore, inventus & educatus. Puer cepit litteras Gabijs discere, & spem indolis de se eximiæ præbuit. Adultior factus & edoctus à Faustulo  
F s                      stir-

Roman  
Romanic  
ab orbe  
l. an. Act  
eg. 9. O  
pl. 280. In  
per



stirpem suam, maternam saltem, & iniuriam ab *Amulio* illatam, cum patribus & fratre suo *Remo*, *Amulium* oppugnat, vincit & obruncat, Regnumque *Numitori* restituit, quo auctore *Clonix* deducendæ init consilium, jusque rei socio assumpto *Remo* fundamenta jacit urbis, futuræ orbis & gentium *Dominæ*, & legibus æquis ac mænibus firmat; finitimos bellis infestos, & victos agrorum decessione mulctat, & *Neo-Romæ* limites quæversum dilatat. A vino, & quocumque inebriare poruit, abstinentiæ eò quidem, ut *Egnatium* quendam uxorem, quòd vinum bibisset, intercerat, cæde absolveret. Rigidus fuit ad eò, ut etiam fratri suo æmulatione & contentione ortâ de *Remuræ* & *Pallantii* possessione, quis alterius Dominium haberet, bellum intulerit, & in pugna ictum fatalem inflixerit. demum an. 3338, cum regnasset annis 36, incognitâ morte extinctus fuit.

Cens  
conjurati  
rannied  
æ de Vulc  
daver es  
cerptum  
obruiffi  
malum  
noninvit  
le; qui d  
esse, &  
tus est.

II. I  
creatus  
si & O  
717. Per  
num er  
Rempu  
nem &  
bat le  
gressu  
facili  
vivo  
Sakra  
suspici  
Morte  
Mama

C



Censent probabiliter aliqui Patricios  
conjurasse in mortem *Romuli*, eò quòd ty-  
rannicè regnaret, & in ipsa Curia, quæ in  
æde *Vulcani* habebatur, necâsse, & ne ca-  
daver compareret, corpus frustatim dis-  
cerptum sub togis extulisse, & clam terrâ  
obruisse. Credibiliùs fortassè dicunt alij Ro-  
malem Divinitatis honorem captantem  
noctivum à malo Dæmone abreptum fuis-  
se; qui deindè populo eum Deum factum  
esse, & *Quirinum* appellari velle, menti-  
tus est.

II. NUMA POMPILIUS Rex  
creatus an. 3340. sub Regno *Manaf-  
sis* & *Osiæ* Olymp. 16. ante Christum  
713. Per Legatos à Romanis ad Reg-  
num evocatus, unitatem in divisam  
Republicam, & simul superstitionem  
& malum secum induxit; finge-  
bat se *EGERLÆ* per nocturnos con-  
gressus familiarem esse, ut mortuus  
facilius haberetur pro Deo, cui etiam  
vivo cum Deo commercium fuisset.  
Sacra instituit, sed malis artibus usus  
suspicionem non levem magiæ movit,  
Mortuus an. 3382. Regni 43. Regis  
*Manassis* 45. ante Christum 671.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



## III. TULLIUS HOSTILIUS

Horatio *Dives* Cognominatus, Romanum ambijt contra *Martium*, Nona è filia nepotem. Hic à *Mecio Sulpio* Dictatore Albano, perfido profugio prælio contra Veientes & Fidenates deceptus, injuriam vindicat Albæ excidio, & rem Romanam victorijs multis amplificat. Mortuus est an. m. 3414. ante Christum 639. Regni sui 32. temporibus *Iofia* & *Helcia*.

## IV. ANCUS MARTIUS

Rege Judæ, an. 3415. à Senatu electus est. Filius fuit *Pompilia* filix *Numa*. Latinos ferocientes compressit, *Palatium* vi cepit; Fidenates exagitant Sabinos compescuit, Veientes & Volscos debellavit, & imperium ad mare prolato Ostiam coloniam duxit. Mortuus an. regni 24. an. 3438. ante Christum 615.

## V. TARQUINIUS PRISCUS

nomine *Lucumus* dictus, patre natus *Demarato Tarquinio* in Hetruria de nobilissima Heraclidarum profapia, &



defuncto, uti & fratre, qui fuit *Arvus*  
 nomine, ipse amplissimorum hæres  
 bonorum, Romam fortunarum sua-  
 rum sedem delegit, & præstitâ stre-  
 nuâ operâ *Anco Martio* meruit eidem  
 Senatus Suffragiis succedere an. m.  
 3439. Sedecix 4. Bella gessit cum la-  
 tinis, Sabinis, Hetruscis, & re ubique  
 gesta feliciter splendorum triumphos  
 egit, plurimis ædificiis auctâ Româ  
 interemptus est an. regni 38, an. m.  
 3476. ante Christum 577.

Nec auctores fuerunt ambo filij *Anci*  
*Marii*, quos *Tarquinius* à patre defuncto  
 in tutelam accepit, sed adultos facinoris  
 alicujus reos in exilium relegavit. Hi au-  
 dacissimos duos conjuratorum selegerunt,  
 qui habitu pastoritio & falcibus lignatorijs  
 instructi meridie Regiam adeunt, ibique  
 motus se maledictis incessunt, ob illatam  
 injuriam Regis opem implorantes, vocati  
 ad Regem, dum inter se contendunt ac lu-  
 dibrio habentur, falcibus impetunt Regem,  
 relictoq; in vulnere telo, forâs sese eijciunt,  
 sed comprehensi, proditis auctoribus, pœnas  
 dedere.

VI. **SERVIUS TULLIUS** gener  
*Tarquinij Prisci*, natus à patre *Tullio*  
 Cor-



Corniculario, (qui in expugnatione  
*Corniculi* urbis bello cecidit) & ma-  
 tre *Ocrissa*, quæ captæ, & *Tarquini*  
 Regi, cum esset formâ præstanti,  
 prægnans, extra sortem data est, cum  
 quæ peperisset, mariti nomen filio de-  
 dit, & *Servium* simul appellavit, quod  
 eum in servitute peperisset. Propter  
 dotes insignes, quarum specimen ad-  
 ultâ ætatè dedit, inter Patritios ele-  
 ctus, tandem etiam *Tarquini* filium  
 conjugem promeruit, ac socero con-  
 sulo ipsius familiæ unicum præsidium  
 extitit; nam de soceris voluntate (quæ  
 malè metuerat, ne *Martij* fratres à  
 Populo & Senatu regno admoveren-  
 tur) accedentibus & confirmantibus  
 suffragiis Patrum, illud in se transtulit  
 regionumq; nepotû tutelam suscepit.  
 Populum munificentia conciliavit, pe-  
 pillos jam puberes affines legit; con-  
 tra Hetruscos bellum gessit, & tertio  
 vice triumphavit. Instituit censum,  
 classes, Centurias, & Tribus. Domestico  
 tandem filiæ, & generi sui scelere

ever



everus est. Etenim de *Tarquinijs Superbi* ambitu edoctus, cum hoc illum nomine & privatim objurgasset, & in Senatu accusasset, tacitoque omnium consensu condemnatum, denuò in gratiam recepisset, aliquantò post hostem experitur. *Tarquinius* enim observato eo tempore, quo Plebs ruri occupabatur, cum regijs insignibus & armatus in forum descendit, Senatum per præcones convocat, & ab uxore *Regis* audit; *Servium* autem id prohibiturum, & cum objurgatione vim intentantem, validior ipse primùm per gradus præcipit egit, deinde domum repetentem, per immisos sicarios peremit, & Regnum per vim retinuit an. m. 3520. ante Christum 233.

VII. *TARQUINIUS Superbus* occupato per vim Regno armatis se circumspexit, *Servij* studiosos cædibus varijs sustulit, Leges *Servij* abrogavit, neglecto Senatu se gessit Tyrannum non Regem, utque muniret Tyrannidem, affinitate se junxit cum *Octavio Manio*



*Manilio* & gente latinorum; cui  
 ille vir Princeps erat; Bella in Vol-  
 scos, Gabios, Rutilos majore ex parte  
 feliciter confecit; verum cum ma-  
 ram diuturniorem traheret in *Ardea*  
 obsidione, interea **SEXTUS TAR-**  
**QUINIUS** *Superbi* filius, adulterio se  
 contaminat cum **LUCRETIA Tar-**  
**quinij Collatini** conjugē: erumpit nefas  
 diriore adhuc eventu, unde *Populus*  
 cum *Collatino* & *Junio Bruto* conjurant  
 de *Tarquinio* Rege & filiis urbe pel-  
 lendis. Plebis scitum super ea res con-  
 fectum, ad castra mox missum, ut  
 exercitus totius urbis iudicium & con-  
 sensum sequeretur, quod, annite-  
 bus *T. Herminio* & *M. Horatio*, per-  
 ctum est. Re innotescēte, *Tarquinus*  
 confestim effusus in cursum equis ad  
 urbem properat, cumq; portas cla-  
 sas reperisset, & armatis referta pro-  
 pugnacula, quantocyus castra gemen-  
 seseque afflicta, repetit: sed illi  
 quoque rebus jam perditis pervenit.  
 Itaque urbe exclusus & castris, *Gabios*



ad filium iugit, ex quo facto ab anti-  
quis Romanis dictum est REGIFU-  
GIUM, quod sexto Kalend: Martias  
factum an. 3545. ante Christum 244,  
& deinceps celebratum est.

Tarquinius autem jam penitus ex-  
acerbatus Veientes & Tarquinienses  
ad bellum inflammat, & *Porcenam* ad  
obsidionem Romæ adducit, quâ *Mu-  
nij Scævola* artibus solutâ, postremò  
*Octavum Mamilium* & Latinos im-  
mittit, cum his atrociter pugnatum est  
à Romanis, ut occumberet *Mami-  
lius*. Rebus ergò desperatis, Curias ad  
*Aristodemum* Tyrannum confugit, ibi-  
que velut S. Augustinus scribit, Tuscu-  
li tandem, non *Tarquinius Superbus*,  
sed abjectus & humiliatus mortuus,  
an. exili sui 14, regni 25, vitæ suæ 80.

Abulterium autem à *Tarquinio Lucretia*  
illa tum hoc modo erupit. Ad flagitium qui-  
dem illa consenserat, sed ingenti compul-  
sa metu, cum ille minaretur se interfectam  
cum famulo compositurum, ut in flagitio  
deprehensi, interfectique viderentur, sed  
hæc culpa *Lucretia* neque ultima fuit, ne-  
que



que maxima, nam qui crimen perfuræ  
Dæmon, ejus etiam tantum intulit dolorem,  
ut præ illius impatientia etiam coram  
natis & amicis narrato facinore, & ubi  
ne illius efflagitatâ, strictum cultrum in  
cordia altè demerferit, & lucraq̃tem a  
mam in paternis ulnis emiserit. Ualde  
rum non est tam atroci facinore, & atro  
ciore post illud eventum, concitatum Ro  
mam vindictæ furore exarsisse. Et hæc illa  
famosa *Lucretia* est, Poëtis decantata, picto  
ribusque celebrata.

Et hic finis & terminus Regum Romano  
rum est. Convocato ex eo tempore So  
natu, Populoque, decretum atque factum  
est juramento, Regem post hæc no  
nem Romæ creandum esse, neq; à se, nec  
à posteris. Ne tamen funditus deleat  
regium nomen, decretum est, ut Pontifex  
cum Auguribus unum è senioribus eorum  
qui sacris præesset, & Rex Sacrorum diceretur.

### S. 6. *Institutio Rituum Sacrorum & Profanorum.*

**I**nunctio Regum Oleo sancto, quo Exodi 30, primò usurpata à  
*muclè in Saule* an. m. 2962. 1. Reg. 10.